BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

SENATUS CONSULTA HISPANIÆ ILLUSTRATA,

SIVE COMMENTARIA AD NOVISſimas Recopilationis leges, prout extant in quarto tomo recentèr adiecto.

IN QUO

DECRETA SENATUS CASTELLÆ:
(noſtri *AUTOS ACORDADOS* appellant)
continentur.

TOM. II.

UBI PRIMÆ PARTIS PARS ALTEra, & in ea viginti decreta, plenisſima expoſitione aperiuntur, & omnis Sanctionum contextus per integros commentarios explicatur.

AUTHORE

D. EMMANUELE ARREDONDO, CARMONA:
J. C. PINTIANO,
QUONDAM IN EIUSDEM PATRIÆ CELEBERRIMA Academia Inſtitutionum Cathedræ Antiquiore Moderatore, ibidemque Prorectore, & Iudice Academio; deinde jam à Conſilijs Regis, & in Vallis-Oletano Senatu Fiſci Patrono, & Criminum vindice.

Vallis-Oleti: Ex Typographia ILDEPHONSI A RIEGO, Univerſitatis Typographi. Anno 1752.

MARIÆ MATRI.

SACRATISSIMÆ DOMINÆ,

QUÆSITO, JOSEPHI VIRI SUI, AUXILIO,

HÆC, ET CUNCTA OPERA SUA OFERT SERVUS EMMANUEL.

EN iterum, MATER, reddit Emmanuel, qui tibi quondam ſimile litamen adduxit, ſervus eſt enim, & annuos operarum redditus in obſequium Dominæ eſt ex ſolvere pronus; parvus parva præbet, ſed qui non multum operatur, parum præſtare tenetur; ſi orbem habuiſſem quod offerrem, protinùs offerrem, quod habuiſſem: Sed dum aurum, & argentum non eſt mihi, id quod habeo hoc tibi do: Imò non do, ſed reddo vindicas enim tamquam Domina cuncta mea.

Pater meus, & Mater mea dereliquærunt me, ſed dominus aſſumpſit, & tu domina ſuſcepiſti; cuſtodiens parvulos, humiliatus ſum, ſed favente te, anima mea convertetur in requiem: Suſcipe offerentem, oblatum amplecte; nec enim ellatus ſcribo; ſed obediens pareo, dum Paterno cogente iuſſu ſcripta mea lucem quærunt; aliàs forte ſub umbra perirent; nam nec ſunt mihi acceptabilia nimis, quæ neſcio an proficua: Sed quamvis mortuus eſt Pater, quaſi non eſt mortuus, dum obſequentiſsima gnati memoria conſervatur: Ergo fiam Patri meo, etiam ultra mortem obediens.

Tu ſcis, Domina, mentem, tu ſenſum capis, & ſi opus eſt acceptabile Deo, ædificabis, ſin minus diſipabis, & deſtrues; non timeo pruinam, nec irruet nix ſuper me, nam tu, qui ſapientiam præſtas parvulis, pones me iuxta te, & cuiuſque manus pugnet contra me.

Tu Regina mundi, feneſtra Cœli, ianua Paradiſi, Tabernaculum Dei, ſtela Maris, ſcala Cœleſtis, per quam ſupernus Rex humiliatus ad ima deſcendit, & homo qui proſtratus iacebat ad ſuperna exaltatus aſcendit: Glorioſa dicta ſunt de te Civitas Dei; ſed quidquid de te à mortali homine dicitur celſitudinis tuæ meritis non æquatur: Glorioſa dicta ſunt de te Civitas Dei; ſed adhuc locus eſt tuæ Claudi, adhùc in tui

AUTO XXI.

EN VEINTE Y SIETE DE JULIO DE ESTE AÑO DE mil quinientos y ſeſenta, ſe acordò, y determinò por todo el Conſejo, que aſsi como no ſe lleva decima por las execuciones que ſe hazen de maravedis, condenados, y aplicados à la Camara quando ſe cobra por ſu Mageſtad, ò para ſu Mageſtad, de la miſma manera ſe haga, y guarde quando ſe cobraren por las perſonas à quien ſu Mageſtad hiziere merced de las tales penas, y condenaciones que à ſu Camara pertenecen.

1 *Decima debetur à reo executori in Regijs, & ſuperioribus tribunalibus omnimodo; in inferioribus ſi ſit hæc conſuetudo rectè ſtabilita.*

Conſuetudo poteſt efficere ut minus quam decima ſolvatur in executionibus, non ut amplius præſtetur.

2 *Autores referuntur agentes de decima executionis.*

3 *Qui executivum debitum ſolvere recuſat temere adverſarium cogit litigare.*

4 *Pœna temerè litigantium eſt ut in expenſis condemnentur.*

5 *Minor cauſa excuſat à condemnatione expenſarum reum quam actorem.*

6 *Reus qui ita temerarius eſt ut nec probabilem cauſam habet in expenſis condemnatur.*

7 *Taxatio expenſarum eſt arbitraria.*

8 *Priſco Romanorum iure qui temere litigabat decimam ſolvere cogebatur; actione quæ dicebatur de calumnia.*

9 *Juſtinianus abolitam iam conſuetudinem reſtituit, ut pro expenſis decima ſolveretur.*